

TRACTATUM DE HERETICIS

I N D E X T E R T I V S, V B I
ostenditur, in quo doctrinae Christianae capite
a superioribus heresibus sit erratum. Omnis
autem doctrina Christiana breuiter ad hæc
quatuor capita reuocatur, nimirum Decalo-
gum Legis, Symbolum fidei, Orationem Domi-
nicam, & Sacra menta.

Ac primum qui in Decalogo Le-
gis errarunt.

DE VERBO DEI scripto.

Verbum Dei scriptum in vniuersum nullam
certitudinem habere, sed quemque hereticum re-
cte sentire dicunt Rhetoriani, Lampetiani.

Verbum Dei allegoriis prorsus peruerunt O-
rigenistæ, Nepotiani, Priscillianistæ.

Reuelationes, enthusiasmos & deliria sua pro
Dei verbo subiiciunt, & sequuntur Montanistæ,
Pepuziani, Donatistæ, Enthusiastæ, Monachi, Ana-
baptistæ.

Traditiones humanas præferunt Dei verbo
Bonofiani.

Traditiones humanas Dei verbo æquant auto-
ritate, & quoad constringendas hominū conscienc-
tias, Encratitæ, Manichæi, Papistæ.

Traditiones humanas visionibus, & falsis mira-
culis commendant Nazareni, Papistæ.